ceteri amici ignoscetis. Hoc monu|mentum hospitem non recipet *(sic)*. Vene valetis.

Romae, iam in insula maiore Balearium (VI 7582 vidit Huebner). — 1) *Clarissimae memoriae viri.* — 2) *Iterum consulis (a. p. Chr. 180, cf. supra N. 1117).* — 3) *Significatur officium, cursoris ut videtur (cf. supra N. 1716) ut Germani vocabulo officium corporis custodis (supra N. 1717 seq.).* — 4) *Consul a. 187.*

8266 d. m. | L. Iulius L. fil. Pal. | Crescens | fecit sibi | et libert. libertabusq. suis, | ita ut si exteri nominis heredes | habuero eos quoad vivent in hoc | monimentum ius habere volo, ita | ne de nomine meo exiat aut ne alius | titulus alterius nominis inscriptus | infigatur, et post eorum excessu omnem | ius huius monimenti ad libert. liber|tasq. meos et postteros *(sic)* eor. pertinere volo. | In fron. p. XXXVII, bersur.[1] sinister. p. XLV; | in agro paries long. p. LV.

Romae (VI 19915 vidit de Rossi). — 1) *Versura.*

8267 d. m. | P. Aelius Aug. lib. Restitutus | procurator et sibi et libertis | libertabusque suis f.[1], item iis | quos se vius manumisit et | in numerum libertorum or|dinavit et collibertos suos fecit, | posterisque eorum. | H. m. h. n. s.

Roma ut videtur Florentiam allata (VI 9040 vidit Henzen). — 1) *Fecit.*

8268 hoc sepulcr[*um*] frequentent a me | qui sint liberi c[*irc*]umversos[1] quos relin|quam vel manumitti volam[2], at postrema | pateat ipsis quique ex is prov[*e*]nerint. | Volusia Q. f. Pia Annia A . . . . . na | sic mandavi, sic [*fia*]t. | Dis manibus sacrum.

Baiis rep., est Neapoli (X 3147 vidit Mommsen praeter particulas quasdam servatas a Minervinio). — 1) *Supplevit Mommsen. Significantur manumissi per vindictam, cf. Quintilian. decl. 342: maius . . . momentum ut circumverteres mancipium, aut si una voce liberum esse iusseris.* — 2) *Significantur manumissi testamento (Momms.).*

Similiter VI 18104: libertis libertabusque quos manumisi et quos manumisero. *Adde XIV 382:* l[*ibertis*] . . quos testamento aut co[*dicillis manumisero*].

8269 L. Aemilio L. f. Vot. Proculo | Ↄ.[1] veterano, pr.[2] Cumis, de HS | IIII m. n. legatis testamento | eius, Aemilia Ephesia uxor | amplius adiectis de sua pequn. | HS VI m. n., sibi libertis libertabus|que posterisque suis et | Proculi, qui testamento | statu libertatis relicti essent. | Huic monimento vendundi | potestas nulli sit.

Cumis (Notizie degli scavi 1898 p. 192). — 1) *Centurioni.* — 2) *Praetori.*

8270 dis manibus | C. Mucio Ianuar. | C. Mucius Ianuarius lib. | patrono optimo | [*et*][1] Iuliae Secundae coniug. | m. et sibi libertis liberta|busq. quiq. ab is manumis|si manumissaeve, posteris|que eorum.

Romae ad viam Nomentanam rep. (VI 8401 semel circa a. 1600 nescio quam accurate descripta). — 1) Fl. *traditur.*

---

archive.org